Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ, Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§.1. De Statu in genere.

urn:nbn:de:hbz:466:1-48233

Visual Library

nare, Sponſóque ſuo ſe amabiliores efficere queant, tantò majori ſtudio anima Chriſtiana & per Caritatem Deo deſponſata pretioſiſſimas has virtutum moralium gemmas deſideret, & conſectetur, quantò dignior eſt Sponſus, cui placere cupit; & quantò præſtantiores ſunt gemmæ, quas quærere debet, & verò etiam pro voto poteſt.

Caput IV.

DE VARIIS STATIBVS HOMINVM.

Poſt media ad beatitudinem tanquam finem ultimum obtinendum neceſſaria, S. Thomas ad varios Status Hominum explicandos progreditur, & quæ cuivis propria ſint, ſat late explicat, quæ, licet in ſcholis hodie ob brevitatem temporis vix attingantur, quia tamen impreſſi Authores, & præcipuè Suarez poſt S. Thomam de hac materia diſputant, non videntur ea, quæ ibi diſſerunt, omnino ignoranda Sacerdoti. Quare tria breviter hoc capite dicentur. 1. Quid & quotuplex ſit ſtatus in genere. 2. Quid de Clericali ſtatu præcipuè ſit ſciendum. 3. Quid de Religioſo ſtatu ſciendum ſit.

Articulus I.

De Statu in genere.

I. Q. 1. *Quid ſit Status?* Reſp. eum nihil aliud eſſe, quam conſtantem & immobilem conditionem hominis; ſicut enim *officium* dicitur per comparationem ad actum; & *gradus* ſecundùm ordinem Superioritatis vel inferioritatis, ita *status* conſideratur ſecundùm *immobilitatem* conditionis. Unde ea, quæ facilè variantur, v. g. divitiæ, paupertas, non conſtituunt ſtatum.

II. Q. 2. *Quotuplex ſit ſtatus?* Reſp. 1. In genere dividitur in *Laicum* & *Eccleſiaſticum*; iſte deſumitur ab obligatione, quâ homines ſpeciali ratione Deo obligantur; ille ab oppoſita libertate, qui proinde dividitur in Statum Virginum, Viduarum, & Conjugum; ſicut Eccleſiaſticus quoque ſubdividitur in *Clericalem* ſimpliciter, eúmque vel *curatum* vel non curatum; & *Religioſum*, de quo plura a. 3. dicentur.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Reſp. 2. Aliam quoque Statûs in genere diſtinctionem
quâ dividitur in Statum perfectionis, & eum, qui non
Statûs perfectionis; in Statu perfectionis eſſe dicuntur
ſe cum aliqua ſolemnitate obligant ad ea, quæ ſunt per-
fectionis, perpetuò ſectanda; & tales ſunt Epiſcopi & Re-
gioſi, cum hoc tamen diſcrimine, quòd Epiſcopis perf
conveniat tanquam *Perfectioribus*, ut loquitur S. Thom
atque adeò hi ſupponantur perfectionem jam aſſecuti;
ligioſis verò tanquam perficiendis, ſeu in via ad perfect
nem conſtitutis attribuatur. Reliqui omnes non ſunt
Statu perfectionis, uti clarè indicavit S. Dionyſius c.5. E
Hier. dum ait: *Pontificum quidem ordo conſummativ*
& perfectivus; Sacerdotum autem illuminativus, &
tivus, miniſtrantium verò purgativus & diſcretivus eſt.

III. Q. 3. *Quis ex his Statibus ſit perfectior*
Reſp. cum S. Thoma q. 184. a. 7. & 8. primum Statum
ad dignitatem eſſe Epiſcopalem ſtatum, quia, ut dictum
iſte jam ſupponitur actu perfectionem poſſidere. Proxim
eſt Clericorum Sæcularium Curatorum, quia difficilius
bene converſari cum cura animarum in ſæculo propter
riora pericula, & præterea officium omnium divinorum
viniſſimum eſt cooperari Deo in ſalutem animarum.
tius denique eſt Religioſorum, qui Clerici non ſunt,
marum curam non habent, ſi enim hæc habeant,
ſolutè perfectior eſt cenſendus Religioſorum ſtatus,
in cura animarum æquivaleant, & quoad ipſum ſtatum
cujus ſe obligant ad perfectionem ſectandam, dignior
lis exiſtant. Inter ipſas autem Religiones ea eſt præſt
alteri, quæ vel finem habet nobiliorem; vel certè, ſi
etiam eundem habet, aptiora ſaltem media adhibet ad
talem conſequendum. Unde communiter vita contemp
va activæ, & mixta utrique præfertur.

Articulus II.

De Clericali Statu?

I. Q. 1. *Quid ſit Clericalis Status?* Reſp. cum
aliud eſſe, quàm talem ſtatum, qui, ut ipſum nomen
ſefert, in ſortem Domini aſſumptus, nec tamen ad relig

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN